Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cod. Biblia sacra (omisso Psalterio)

Biblia sacra (omisso Psalterio) - Lichtenthal 13

Lichtenthal (?), [um 1300]

Prolog

urn:nbn:de:bsz:31-35330

Visual Library

in nomen et in laudem omnibus populis terre
cum convertero captivitatem vestram coram
oculis vestris dicit dominus. Incipit prolo
gus in aggeum prophetam.

Ieremias propheta ob causam periurii sede
chie regis ut hystoria secundi libri para
lipomenon indicat. qui fidem promis
sam nabuchodonosor regi chaldeorum
non servaverat. populum israel refert a co
memorato rege ierusalem expugnata
captivum babyloniam fuisse productum.
Sed cum memoratus populus multis tem
poribus idolis serviendo etiam effusione
sanguinis innocentium se graviter in
plasset. nolens deus universam genera
tionem eidem populi ob causas memora
tas penitus delere septuaginta an
norum captivitatem eundem populum in reg
no chaldeorum statuit sustinere. hac
ratione ut completo numero annorum
novus populus a memoratis peccatis ad
renovationem ierusalem perveniret. Sexa
gesimo itaque secundo anno regno chalde
orum subverso cui adhuc octo anni ad
regnandum restabant. quod etiam visio
danielis sexta ostendit. propter causam
sacrilegii quod in eadem continetur fuis
se extinctum. darius qui medis impe
rabat ut septima visio danielis os
tendit memoratorum regno successit.
Cuius primo anno regni ut decima
visio manifestat daniel supputatis
annis videns appropinquare tempus
reversionis que per ieremiam fuerat promis
sa orat tamen ipse quod pro populo eandem promissio
nem adeo postulabat impleri. Cui per ga
brielem angelum in eadem visione iuxta
preces eidem universa esse completa
deus edixit. Iam moriente supradicto
rege medorum et succedente in regno cyro
rege persarum et promissione dei completa per
eundem regem populum israel ierusalem reductum
hystoria secundi libri paralipomenon et ini
cium esdre confirmant. Cumque a populo israel
et senioribus templum dei edificari cepisset.
mortuo cyro rege ac regnante dario re
ge persarum qui memorato successerat in
cine gentes civitatis ierusalem ut huiusdem
esdra refert. restaurationem templi et civi
tatis resistendo impedire ceperunt. Qua
ratione deterritus populus israel reparationem
supradicti templi dei necdum iuxta pro
missionem concessam esse credebat. Prop
ter quod in secundo anno regni memorati da
rii regis persarum aggeus propheta a domino missus ad
zorobabel de tribu iuda qui potestatem
regni susceptu(r)us erat. et ihesum filium io
sedech summum sacerdotem ammonet ut
credant completo numero annorum tempus
restaurationis ierusalem advenisse. Hoc
etiam addito ne incredulitatem populi vel
lent imitari de quo deus per eum dixerit.
Populus hic dicit nondum venit tempus
ut edificet domum dei. Omnia autem que

textu huius prophetie continentur reversio
nem populi edificationem templi renovati
onem civitatis observantiam sacerdotalem
et interitum regnorum gentium exterarum
significant. Explicit prologus.

Incipit liber aggei prophete

In anno secundo darii regis in mense sexto
in die una mensis factum est verbum
domini in manu aggei prophete ad zorobabel
filium salathiel ducem iuda et ad ihesum
filium iosedech sacerdotem magnum dicens.
Hec dicit dominus exercituum dicens. Populus
iste dicit. Nondum venit tempus domus
domini edificande. Et factum est verbum
domini in manu prophete aggei dicens. Num
quid tempus vobis est ut habitetis in
domibus laqueatis: et domus ista deser
ta? Et nunc hec dicit dominus exercituum.
Ponite corda vestra super vias vestras. Semi
nastis multum: et intulistis parum.
Comedistis et non estis saciati: bibistis
et non estis inebriati. Operuistis vos et non
estis calefacti: et qui mercedes congre
gavit misit eas in saccum pertusum.
Hec dicit dominus exercituum. Ponite cor
da vestra super vias vestras. Ascendite in
montem. portate lignum et edificate do
mum et acceptabilis michi erit: et glori
ficabor dicit dominus. Respexistis ad am
plius et non ecce factum est minus: et
intulistis in domum et exsufflavi il
lud. Quam ob causam dicit dominus exer
cituum? Quia domus mea deserta
est et vos festinatis unusquisque in do
mum suam. Propter hec super vos prohibi
ti sunt celi ne darent rorem: et terra
prohibita est ne daret germen suum. Et
vocavi siccitatem super terram et super
montes et super triticum et super vinum et
super oleum et quecumque profert humus
et super homines et super iumenta et
super omnem laborem manuum. Et au
divit zorobabel filius salathiel et
iesus filius iosedech sacerdos magnus et
omnes reliquie vocem dei sui. et verba
aggei prophete sicut misit eum dominus deus eorum ad
ipsos: et timuit populus a facie domini. Et
dixit aggeus nuntius domini de nuntiis
domini populo dicens. Ego vobiscum dicit
dominus. Et suscitavit dominus spiritum zorobabel
filii salathiel ducis iuda et spiritum ihesu
filii iosedech sacerdotis magni et spiritum
reliquorum de omni populo: et ingressi sunt
et faciebant opus domini exercituum dei su
i in die vicesima quarta mensis in
sexto mense: in anno secundo darii regis.
In mense septimo vicesima prima II.
mensis factum est verbum domini in ma
nu aggei prophete dicens. Loquere ad
zorobabel filium salathiel ducem iuda
et ad iesum filium iosedech sacerdotem
magnum. et ad reliquos populi dicens. Quis
in vobis est derelictus. qui vidit do
mum istam in gloria sua prima? Et quo